

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mandatum e
cum fontibus primis

Non ideo putes aliqua contempnenda
esse mandata quia leuiores sunt.
Tam enim maxima illa quam
minima imperata sunt, et
contemptus cuiuscumque precepti
precipientis iniuria est.

Non ideo aliqua putes contempnenda
esse mandata, quia leuiores sunt.
Tam enim maxima illa quam
minima a Deo imperata sunt: et
contemptus cuiuscumque precepti,
praecipientis iniuria est.

Pelagius, *Epistola ad Demetriadem*, 15
(PL 30, col.30A).

In quouis proposito, in quouis gradu
equale peccatum est, uel prohibita
admittere, uel iussa non facere.

in quouis proposito, in quouis gradu
aequale peccatum est uel prohibita
admittere uel iussa non facere.

Ieronymus in epistola.

Anonymus, *Epistulae ad Hieronymum*,
148, 5 (CSEL 56, I. Hilberg ed., p.333,
ll.22-24).